



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Jordanus Conf. 13. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**



mari discit. Ecce enim naufraga puella, & ad perniciem oculorum pulchra in rupem enatat. Hic verò MARTINIANVS ignes præventurus in mare se abjicit. Quid expectas, lector? Delphines tergo excipiunt, & littori saluum reddunt. Vides, puto nunc, quid in homine hi ament. *Ex Metaphr.*

*Multi Diaboli fluctus sunt in hoc mundo, temptationum multa naufragia; à quibus ita liberari possumus, si clamantibus manum suam Salvator extenderit: Nos ergo clamare ad Dominum non cessemus. Ille auxilium solitum non negabit.* S. Maxim. hom. Hyem. ult.

S. JORDANUS CONF. 13. Februarii.

Quem nudus in cruce Christus movet, illum tegere hunc à JORDANE discat, qui cum pauperi, quando ad manum nummi non erant, balneum argenteum dedisset, templum mox ingressus exornatum eo Christum crucifixum advertit. Pulchrè locatum credidit: quin ut totum jam Christum tegeret, omnibus se nudavit, & ad D. Dominici paupertatem nudus confugit. Subinde totæ familiæ illi præfuit. Mira in eo adolescentum animos ab humanis avellendi, & trahendi ad æternam artem & dexteritatem. Eloquentiam suam quocumque voluit totam concionem impellere novit, multum eam ob rem ab orco infestatus. Interea tamen Cælitates, & ex his præcipue Cælitum REGINA favebant JORDANI. Quare ad hunc sceleribus oppressos velut ad doctissimum medicum non semel ipsa misit. Visa est deinde inter maximum Divorum comitatum, sub preces divinas, à manu JORDANIS librum accipere: alias cubicula dormientium alumnorum lustrare. quin ipse Divus, festo quo



14. Feb. VITÆ SANCTORVM. 95  
quo Lustratam VIRGINEM colimus, die, vidit  
hanc è summâ arâ, ad illa cantantium verba (*Glo-  
ria Patri, &c.*) prehensâ filioli manu omnibus be-  
nedicere. Poterat hoc credo ad cantum Angelos  
provocare. Cæterum dum Terram sanctam pe-  
tit JORDANVS, naufragus in medio mari por-  
tum reperit, appulsusque ad beatiorē est Soly-  
mam. *Ex Surio.*

*Debemus surgentes gratias Christo agere & omne  
diei opus in signo facere Salvatoris. Nam in uno signo  
Christi omnium rerum est tuta prosperitas: Qui in hoc  
signo seminare cœperit, vitæ fructum consequetur ater-  
næ. S. Max. de carn. host. non timend.*

S. AUXENTIUS ABB. 14. Februarii.

**A**VXENTIUS, cū eodem in contubernio non  
convenire Marti & vitæ innocentiae perspi-  
ceret, ut Deo vacaret, vacationem à militiâ sibi  
impetravit. Neque arma tantum posuit, sed ut  
miserum contra frigus armaret, tunicam ex men-  
dicabuli humeris suspendit. Aliàs quò pauperibus  
stipendia numeraret, operam suam inter opifices  
locavit. Oxeam deinde montem conscendit, at-  
que iterum, sed melior miles sub pellibus vixit,  
omni aliâ veste abjectâ. His horridum pueri Pa-  
stores, cū gregem amissum quærerent, feram  
purarunt. Sed ille, quâ erat in juventutē humani-  
tate, facillè se hominē probavit, imò homine mayo-  
rem ostendit, cū vates pueris absens edixit, quò  
greges aberrassent. Inter hæc celebrari ab accolis  
concurrentibus cœpit, cū passim agri venirent,  
sani redirent. Ipse Imp. Marcianus familiariter  
usus viro fuit, & ad Chalcedonense Concilium  
evocavit. Ibi dum Patres præstolatur, & velut  
apostor